



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] ieiuniu[m] sit actus abstinentiæ? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

Refertur loco runc dicitur. peragenda. Vnde dicit Hier. * quod rationabilis homo dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, vel vigiliis sensus integritati præfert.

Ad tertium dicendum, quod ieiunium naturæ, quo quis dicitur ieiunus antequam comedat, consistit in pura negatione: vnde non potest poni actus virtutis; sed solum illud ieiunium, quo quis ex rationabili proposito à cibus aliquo modo abstinet. Vnde primum dicitur ieiunium ieiuni: secundum verò ieiunium ieiunantis, quasi ex proposito aliquid agentis.

ARTIC. II.

Vtrum ieiunium sit actus abstinentiæ?

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod ieiunium non sit actus abstinentiæ. Quia super illud Math. 17. Hoc genus demoniorum, &c. dicit Hieronymus. * Ieiunium est non solum ab escis, sed à concupiscentiis abstinere. Sed hoc pertinet ad omnem virtutem. Ergo ieiunium non est actus, specialiter abstinentiæ.

¶ 2 Præterea, Gregorius dicit in homil. quadragesima, quod ieiunium quadragesimale est decimas totius anni. Sed dare decimas est actus religionis, non supra habitum est. Ergo ieiunium est actus religionis, & non abstinentiæ.

¶ 3 Præterea, Abstinentia est pars temperantiæ, ut dictum est. Temperantia autem contra fortitudinem diuiditur: ad quam pertinet molestias sustinere, quod maxime videtur esse in ieiunio. Ergo ieiunium non est actus abstinentiæ.

SED contra est, quod Isidorus dicit, quod ieiunium est parsimonia victus, abstinentiaque ciborum.

RESPONDEO dicendum, quod eadem est materia habitus, & actus. Vnde omnis actus virtuosus est circa aliquam materiam, ad illam virtutem pertinet, quæ medium in illa materia constituit. Ieiunium autem attenditur in cibus, in quibus medium adhibetur abstinentiæ. Vnde manifestum est, quod ieiunium est abstinentiæ actus.

707
4. d. 15. q.
3. a. 1. q.
3. per to.
et q. 5. ad
2. et quo.
3. ar. 12.
ad 1.
* Hoc pri
mò dictū
habet for
maliter
Sed mar
tyr 9. c.
38. secun
dum eius
ord. 10. 2.
¶ gl. or.
in hoc lo
co, & ha
beretur de
conf. d. 5.
s. 25. inc.
ieiunium
autem.
† Ho. 16.
in euāg.
a. me. 1.
* 1. 2. q.
87. a. me.
refertur
de conf.
d. 5. r. 16.
† q. 14.
es q. præc.

Ad primum ergo dicendum, quod ieiunium proprie dictum consistit in abstinendo a cibis. Sed metaphorice dictum consistit in abstinendo a quibuslibet vanis, quae maxime sunt peccata. Vel potest dici, quod etiam ieiunium proprie dictum est abstinentia ab omnibus illecebris: quia per quaelibet vitia adiuncta definit esse actus virtuosus, ut dictum est.

Ad secundum dicendum, quod nihil prohibet actum unius virtutis pertinere ad aliam virtutem, secundum quod ad eius finem ordinatur, ut ex supra dictis patet. Et secundum hoc nihil prohibet ieiunium pertinere ad religionem, vel ad castitatem, vel ad quamcumque aliam virtutem.

art. prac.
ad 1.
q. prac. a.
2. ad 2. et
1. 2. q. 18.
a. 7.

Ad tertium dicendum, quod ad fortitudinem secundum quod est specialis virtus, non pertinet perferre quascumque molestias, sed solum illas quae sunt circa pericula mortis. Sufferre autem molestias quae sunt ex defectu delectabilium tactus, pertinet ad temperantiam & ad partes eius: & tales sunt molestiae ieiunij.

ARTIC. III.

Utrum ieiunium sit in praecepto?

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod ieiunium non sit in praecepto. Praecepta enim non dantur de operibus supererogationum, quae cadunt sub consilio. Sed ieiunium est opus supererogationis: alioquin ubique & semper equaliter esset observandum. Ergo ieiunium non cadit sub praecepto.

4 d. 15. q.
3. ar. 1. q.
4. et q. 5.
ad 2. q.
a. 2. q. 1.
cap. no li

¶ 2. Præterea, quicumque transgreditur praeceptum, peccat mortaliter. Si ergo ieiunium esset in praecepto, omnes non ieiunantes mortaliter peccarent: per quod videretur magnus laqueus hominibus esse intellectus.

cap. c. no
oportet et
c. placuit
de consecr.

¶ 3. Præterea, * Aug. dicit in lib. de vera religione, quod ab ipsa Dei sapientia homine assumpto a quo in libertatem vocati sumus, pauca sacramenta saluberrima constituta sunt, quae societatem Christiani populi, hoc est sub vno Deo liberæ multitudinis, continent. Sed non minus videtur libertas populi Christiani

dist. 3.
c. 17. pa-
rum an-
te me. t. 1

Sec. 3er, Vol. iij.

O im-